

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. I. Expenditur authoritas S. Script.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

cat. Limitata verò probabilitas tantum abest à a. 8. fateatur, Joannem à S. Th. cuius doctrinā laxanda morum disciplina, ut Mercurius ipse p. 3. unicē sequimur, à sua sententia non differente,

ARTICULUS VII.

An benigna sententia aduersetur S. Script. dictis SS. PP.
& SS. Canonum?

SUMMARI A.

1. *Textus S. Script. pro rigida sententia.*
2. *Textus soliti allegari pro benigna.*
3. *Vix facile explicantur ab Adversariis.*
4. *Opponuntur exempla S. Script. contra opinionem probabilem, Adamus, Saul, Roboam, Iudei.*
5. *Adamus ineptè proponitur in exemplum minoris probabilitatis.*
6. *Negre Saul habuit sententiam probabilem.*
7. *Negre Roboam sequens inconsultum consilium juniorum.*
8. *Iudei non arguuntur a Christo, quid sequerentur probabilem opinionem Phariseorum.*
9. *Exempla Scriptura pro nō sententia minus probabilis adducta.*
10. *Non habent magnam efficaciam.*
11. *Objecūt textus è S. Bernardo & D. Chrysostomo.*
12. *Exponuntur.*
13. *Triplex locus ex S. Augustino contra benignorem sententiam.*
14. *Ostenditur differentia sententiae probabilis ab Academica opinabilitate, de qua loquitur S. August.*
15. *Ostenditur mens S. Augustini pro benigna sententia.*
16. *Quid de SS. Canonibus sentiendum?*

§. I.

Expenditur authoritas S. Script.

1. *A*d probabilitatem extrinsecam & authoritatem convertimur. Ubi adversarii magnam benignam sententiam invidiam concire nituntur, dum illam novum Casuistiarum dogma, neotericorum commentum &c. appellant, S. Scripturæ & SS. PP. sensu difforme, cuius in antiquis & celeberrimis Ecclesiæ Doctoribus nullum extet vestigium. Verum, quod ad S. Scripturam attinet, existimo, neque pro rigida, neque pro benigna sententia claram autoritatem afferi posse. Pro rigida afferuntur in primis quedam S. Scriptura dogmata, velut Deut. 26. ubi DEUS præcipit, custodi & impleri sua mandata ex toto corde, & ex terra anima, h. e. iuxta Interpretes, impleri, quantum quis fecit, & potest implere. Psal. 118. *In mandatis tua custodi nisi nimis, h. e. omni possibili studio, & observantiâ. Matth. 7. Quam angusta porta & arcta via est, que ducit ad vitam?* sed sententia benigna illam facit latam & spatiosam. 1. Thess. 5. *Omnia probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstineat vos &c. Ephes. 4. Ne simus parvuli fluctuantes omni vento doctri- na. Christus Joan. 14. Ego sum veritas, non, ego sum probabilitas, &c.*
2. *Reponuntur pro benigna sententia in primis illud Christi, Matth. 11. Jugum meum suave est, & onus meum leve, quod tamen vehementer ag-*

gravatur per rigidam sententiam, quā imponunt obligatio ubique tutiora & probabiliora sedendi, quod vix est possibile. Et Matth. 22. ubi: *quoniam Pharisei, quod alligent subdūs vana gravia & importunitas &c. quale onus est illi isti obligatio. Act. 15. Visum est Spiritui S. & nobis nil ultra imponere vobis oneris, quam hereticia. Deut. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis lognor, nec auferetis ex eo h. e. ut explicat Gen. p. 2. de Reg. moral. sub tit. de Sap. Ambulandum est in virtutis doctrina via regia, ut ne strictius fiat DEI mandatum, nec latius, quam ipsi mandaverat.*

Respondent sententia rigida Patoni, hasenhoritates ad se non pertinere, quod seclusi juggedi Christi fieri suave non liberte opinandi, sed condimento charitatis, quæ omnia facit levia amanti. Et quod Pharisei per suas tradiciones impostrint hominibus obligationes, repugnantes legi Divinæ: sententia vero rigorosa iter prolege Divina &c.

Sed respondent pariter sententia benigna patroni, nec illos Script. textus contra se congetua ad se pertinere; quia illuc non jubemur mandata dubia, & que nescimus, implere ex toto corde, & custodire nimis, sed quæ scimus, & in quantum scimus, ut ipsius Adversarii interpretantur. Via quoque Evangelica non dicitur arcta propter obligationem vitandi quedam pericula peccati materialis, sed propter certissimas & notissimas Evangelii sanctiones, quibus præcipuum inimicos diligere, benefacere his, qui oderunt nos, damnata occulta cordis concupiscentia, & morosa delectatio, prohibetur quævis in proximum iracundia, &c. quæ viata per peccatum nature tam arcta & aduersa apparent, ut telle Elpara art. 38. Averroës exclamavit, *Lex Christianorum, lex impossibilium*, & Mandarinis Chinensis illa auditu dixerint, non esse legem pro hominibus, sed pro spiritibus. Speciem quoque malam, & futu rationem usus vera probabilitatis excludit, dum conscientia certitudinem ab omni formalis inhonestatis formidine immunem admittit. Enamis quoque Christus non dixerit: ego sum probabilitas, non ideo sequitur: ergo non licet ex probabili opinione operari: alias neque exinde licet operari, cum Christus non dixerit: Ego sum fides.

Exempla quoque è S. Script. pro rigida sententia proponuntur. Et primò Mercurius p. 2. a. 13. ex Gen. 2. opponit: Adamum, & Eavam, qui posterant probabilitatem credere, se non graviter peccatores ob parvitatem materia, vel quod lex tantum esset penalis, adeoque non obligans nisi ad culpam civilem, & tamen hac probabilitate non obstante peccarunt.

Secunda

Secundò. Saul Rex Istrælitarum, ut habetur 1. Reg. 15. graviter peccavit, à DEO propterea objurgatus, reprobatus, regno & vitâ exutus, quod contra DEI præceptum, quo dicebatur: *Vade, & percuti Amalec, & demolire universa eius; Non parcas ei, & non concupisca ex rebus iphis aliquid, sed interfice à viro usque ad mulierem, & parvulum, atque lactentem, bovem & ovem, camelum & asinum; nihilominus pepercit Agag, & optimis gregibus ovinis, &c., & tamen Saul pro se habebat opinionem probabilem, quod licet Regem Agag reservare pro magnificencia triumphi, & pecora DEO in sacrificium immolanda; quid enim intererat, an illa gladio de moliretur in bello, vel igne consumeret in altari? &c.*

Tertiò reprehenditur Roboam 3. Reg. cap. 12. quod relicto consilio Sapientum magis probabiliter fucus sit consilium Juvenum minus probable, qui exponente Lyra dicuntur juvenes, tantum comparativè ad consiliarios Salomonis, absolute vero erant vii adulti coætanei Regis, qui si fuper regno jam erat annorum 41.

Quarto [ut opponit Sinnich. n. 371.] Judæi sequentes falsas Scribarum & Pharisæorum interpretationes de non subveniendo parentibus, non satisfaciendo creditoribus, fuissent excusables propter extrinsecam saltem probabilitatem, cum tamen Christus etiam illos peccati condemnaret, dicens de Pharisæis: *Ceci sunt, & duces cœcum &c. Matth. 15.*

5. Sed quod ad primum attinet, mirum est, posse à Thomista primos parentes in probabilitate exemplum adduci, cum D. Th. ex professo docet in q. 18. de verit. a. 6. in statu innocentia nullum ulli opinioni nedum falsum & minus probabile locum fuisse. Ita inquit in c. ex quo patet, quod non solius in eo nulla opinio falsa fuisse, sed penitus nulla opinio in eo fuisse. Et quidquid cognovisset, secundum certitudinem cognovisset. Et unde obsecro, probabile videri poterat primis parentibus, se non peccatueros, vel non morituros transgrediendo præceptum DEI? ab autoritate forsitan mendacissimi aquæ ac fallacissimi serpentis. Sed neque à ratione; cum nec serpens deceptor ullam attrulerit, nec ipsi prævaricatores DEO objurganti in sui peccati excusationem ullam obtenderint, nec potuerit aliqua probabilis opinio locum habere, ubi primi parentes erant à DEO specialiter illuminati, ut certitudinem præcepti obligantis in conscientia, ejusque gravitatem, cum toruis posteritatis salus exinde pendet, distinctissimè cognoscerent. Et ita sentit expressissimè D. Augustinus compluribus locis ab Espanza a. 2. citatis, præsentim l. 14. de Civit. c. 11. ille autem (Adam) ab unico noluit consortio diviri, nec in communione peccati, nec ideo minus rens, sed sciens prudensq; peccavit. Minimè igitur probabilem sequuntur opinionem adversarii, dum primorum parentum peccato probabilitatem asserunt.

6. Sed neque Saul [quod erat secundum] ullam habuit rationem verè probabilem, quæ persuaderetur, ut parceret Regi Amalec, & armentis ipsius, cum verba Divini præcepti fuerint meridianâ luci clariora, & si de ejus obligatione dubitasset,

ipsius interpretationem à Prophetâ Samuele quem, cum vellet, ad manum habebat, non ex vulgi affectu & opinione petere debuisset. Unde & ipse ingenuè fatetur, se ex timore populi contra præceptum DEI peccasse v. 24. *Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini & verba tua, rimens populum, & obediens voci eorum.*

Ad 3. exemplum Roboami Respondeo, illud 7. consilium juvenum non fuisse verè probable ut fatis clare colligatur ex Scriptura: fuit quippe datum ab hominibus ad adulatioñem compositis, rerum inexpertis, & cum Rege in delitiis enervatis, nec sufficientem cautelam de damno evitando adhibentibus, nec ullo vel in speciem rationabilis motivo sapientissimum consilium seniorum solventibus.

Ad 4. exemplum ex Terillo Respondeo, vel 8. plebem Judaicam vincibiliter vel invincibiliter fuisse seductam. Si vincibiliter: tunc argumentum adversariorum nihil probare, quia procedit de subjecto non supponente; noa enim illis probabile erat, fuos parentes, templi intuitu, potuisse privari filiorum subventione. Si invincibiliter: tunc argumentum pugnare contra Adversarios; siquidem ex probabili fundamento potuissent in invincibilem ignorantiam legis naturalis induci, ex qua [ut ante probavimus] etiam à formalí peccato fuissent excusat. Imo, inquis, non fuissent excusat, quia Christus dixit, *Effecos, & in foveam cadere.*

Respondeo Terillus: Hæc verba non dici de plebe Judaica, ex eo præcisè, quod sequentur doctrinam Pharisæorum, cum Christus ipse Matth. 23. dixerit, *Super cæladram Moysi sedevant Scribe & Pharisæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate & facite. Sed [veluti ex texu patet] quia superstitionis observationibus Pharisæorum erant inbuti, qualis erat: non manducare, nisi loris manibus [de quibus illo loco Christus loquitur] ideoque frequenter contra conscientiam peccabant, quoties tales ceremonias omittebant.*

Pro benigna sententia Caramuel ex S. Script. 9. producit primum exemplum Machabæorum, qui, non obstante communis opinione, quod consilium die Sabbathi esset illicitus [ut est 1. Mach. 2.] & tertio Decalogi præcepto contrarius, probabilitate ex præsenti necessitate ducta judicarunt, litteræ rigorem ad talēm casum se non extendere, quod & olim à Davide factum, cum fame pressus panes propositionis, sibi tanquam laico aliquoquin vetitos à Sacerdote poposcit.

Addi potest secundò: quod iidem Machabæi non obstante Divinâ prohibitione Exod. 34. n. 12. *Cave, ne unquam cum habitatoribus terre illius jungas amicitias.* Et v. 15. *Ne ineas postum cum hominibus illarum regionum.* Et increpatione Regis Josaphat, quod cum impio Rege Ochozia fedus pepigisset 2. Paralip. 19. *Impio præbes anxiolum, & his, qui oderunt Dominum, amicitiam jangeris?* Suadente probabili ratione ac temporum conditione cum Romanis & Spartiatis fedus inierat, ut constat ex 1. Mach. 8. & 12. qui super eiusmodi federe nequaquam reprehenduntur.

Tertium exemplum ponit Terillus ex B. V. & S. Jo-

S. Josepho, qui ad Christum servandum alendumque quam maximè obligati, illum Hierosolymis reliquerunt, & postquam fuisser progressi unius diei iter, inter cognatos & nos requirebant, non certà sed probabili ratione & quidem falsa à parte rei, prudenter tamen induci, existimantes eum esse in comitatu: quā probabilitate excusabantur, quod puerum JESUM citius non inquisiverint.

10. Nihilominus etiam ista exempla non videnter habere magnam efficaciam: quia prima duo loquuntur de casu necessitatis, in quo ex duobus malis minus est eligendum, & per epikiam aliquis interpretari potest, legis obligationem ad talem casum se non extendere. Nec desunt apud Sinnichium n. 189. qui de i^oto cum Gentilibus federa Machabaeos redarguant, & huiusmodi eventus, quos post illud fodus S. Scriptura commemorat, non in alias causas refundant, quā quod Machabaei fiduciam à Divina potentia, cuius præfissimam opem toties experti fuerant, in humanam potentiam, cuius tunc laude Romani florebat, transtulerint. Probabilitas quoque, quam B. V. & S. Josephus fuerunt secuti, quia erat solitaria, & non in concursu alterius rēquē vel magis probabilis, vel magis tuta, facilē sufficiebat ad bonam fidem, & prudentem assensum, ideoque videtur parvum conducere ad præsentem questionem, ubi agitur de opinione probabili in concurso tioris, & rēquē vel magis probabilis.

§. II.

Quid sentendum de Authoritate SS. PP. & SS. Canonum?

11. Solent etiam rigida sententia Patroni quædam SS. PP. loca, tanquam nobis contraria adducere: & primò ex D. Bernardo in l. de præcepto & disp. c. 17. Ut interior oculus verè simplex sit, duo illi esse arbitror necessaria, charitatem in intentione, & in electione veritatem. Subfumunt: sed eligens opinionem minus probabilem & minus tutam, non habet in electione veritatem: ergo. Secundò ex D. Chrysostom. hom. 44. in Matth. An non oportet populum circuire omnes Doctores, & inquire, ubi sincere veritas Christi venundatur, & ubi corrupta, & veriorem eligere, plus quam vestimentum?

12. Sed neutro testimonio quicquam probatur: non primo; nam vel Adversarii volunt à D. Bernardo intelligi certam veritatem triam speculativam, vel tantum practicam. Si speculativam, neque licebit sequi probabilem, cùm nec ista sit finē periculo falsitatis, quod plerique ex ipsis negant, & satis rejectum est. Si practicam, nihil contra nos arguitur. Imo verò eodem loco c. 18. D. Bernard. agnoscit, malum, quod probabili opinione bonum creditur, & pià intentione seu bona fide exercetur, bonum esse. Et quidem, inquit, laude dignam dixerim, vel solam intentionem piam; nec planè condigna remuneratione fraudabitur in opere quoque non bono ipsa bona voluntas: attamen finē malo quoque [erroris non imputabilis in culpam] non erit decepta simplicitas. Unde cùm postea tale opus peccatum nominat, de peccato materiali est intelligendum, ne ipsum in eodem capite sibi contradicere afferamus.

Altera D. Chrysostom. authoritas, [si tamen Chrysostomi, quæ tantum est authoris operis imperfici] si loquatur de veritate moralis honestatis nostris actionibus, non potest significare præceptum, sed purè consilium: alias contra adversarios probaret, quod quilibet è populo teneret diversas DD. opiniones investigare. Videur verò magis loqui de Veritate fidei, & verà Chriti doctrinā, quæ cùm sit de necessitate medii ad fidem, certamque habeat regulam veritatis, accedentiam credibilitatis, obligat ut securiori via queratur, & eligatur.

Potissimum verò adducitur tertio in medium, D. Augustinus, disputans contra Academicos, rumque placitum, cùm agit quisque, quod ei probabile videtur, non peccat, nec errat, ex eo possit impugnans, quod ex hac doctrinā via appariatur ad omnē flagitiū: Id enim audiret ad lessens insidiabitur prudicitia uxoris aliena, Gal. 1. contr. Acad. c. 16. Uriget etiam Sinnichius il. I. 6. de util. cred. c. 11. Tria sunt ictus fortissima fibinet in animis hominum distinguenda dignissima, intelligere, credere, opinari, que ē per ipsa considerentur, primum finē virtutē, secundum aliquando cum virtute, tertium nūquam finē virtute, Ubi S. P. omnem opinionem virtutis damare videtur. Tertio in I. 1. de bapt. cont. Donat. c. 3. loquens de Donatista violence ad Catholicam transire Ecclesiam, & dubitante, an hinc possit in parte Donati recipere baptismum, quem in Ecclesia Catholica licet recipi posse non dubitat, ita responderet: Accipere itaque in parte Donati, si incertum ēst esse peccatum, non ibi potius accipere, ubi certum ēst non esse peccatum: Ergo infer Wendorchius, qui in negotio suo salutis fecerat opinionem incertam, & minus tam reliquā certā & tiori, certā peccat.

Verū & ista sunt præter scopum, & sic ut acerba probabilitas ad Academicismi similitudinem appellatio, ita probris inepta probabilitas Academicis ad probabilitatem Catholicam accommodatio: differentia pulcherrime & suffissimè descripsa ab Esperza a. 72. & seqq. in hoc consistit, quod Academicum probabile est omnē opinabile abique illa distinctione, five prudenter, five imprudenter, & temerarie tale: unde Academicī speciem cum genere, opinionem cum probabilitate confundebant, docentes, quod quilibet possit agere, quod hoc modo probabile [potius opinabile] videbatur, dummodo in neutrā partem assensum determinaret. Id probabile, inquit D. Augustinus l. 2. contra Acad. c. 11, vel verisimile Academicī vocant, quod ad agendum finē assensione potest invocari. Ex qua monstrata probabilis & improbabilis confusione, enat illa monstruosissima ad omnem morum pervertitatem aperiendam regula, non peccare quemquam, qui ageret, quod ipsi hoc modo probabile videbatur. At nostrum probabile temerario & improbabili oppositum illud solim est, quod ex gravibus motivis prudenter mereetur assensum unde toto cœlo differt ab illo Academicō probabili, nec illa D. Augustini argumenta contra Academicos nos oppugnat.

Opinio quoque, quam S. Augustinus dicit, nunquam ēst finē virtutē, non est assensus imbecillus.